

APPENDIX

DE VIRIS

LITERIS ILLUSTRIBUS

E CONGREGATIONE

CASINENSI.

De quibus tamen non liquet, an aliquid
Scriptis consignaverint.

Eodem Reverendissimo Patre

D. MARIANO ARMELLINI

AUTHORE.



FULGINEI MDCCXXXII.

2
I N
SEQUENTEM APPENDICEM
B R E V I S
PRÆFATIUNCULA.



Loruerunt sanè plurimi alii Viri Doctrinæ, & Sapientia fama percelebres in nostra Congr., quorum aliquot dumtaxat nomina, & pauca gesta invenire potui, Opera verò si quæ scripserint, vel ediderint, nequaquam; fortasse plures eorum lucubrationes adhuc in tenebris latent, blattarum, ac tinearum esca; Plures certè deperditas esse testatur Jacobus Cavaccius Hist. S. Justinæ lib. 6. pag. 223. „ Doctiores Patres vel in „ audiendis Laicorum confessionibus, vel in exponendis San- „ ctis Authoribus laborabant; Quot Codices, quales inter- „ pretationes vidimus! Utinam vel nostra incuria, vel alio- „ rum malitia non deperiissent; „ Ego sanè operam me lu- surum minimè crediderim, si celebriorum Syllabum eruditis Lectoribus exhibuero. Fieri enim potest, ut ipsi aliquod horum Opusculum vel jam sciant, vel mox inveniant, & in lucem proferant, augmento, ac decori nostræ Bibliothecæ futurum. Sunt autem isti.

APPENDIX DE VIRIS DOCTRINA ILLUSTRIBUS E CONGREGATIONE CASINENSI,

De quibus non liquet, an aliquid scriptis consignaverint;



NASTASIUS CAZANICUS apud Carpinedulum, Diocesis Brixianæ Oppidum, natus, in magno verò Padolyronensi Cœnobio Religionem Professus anno 1573. die 21. Decembris. Qui floruit insigni Scientiarum, ac Virtutum famâ, ob quam maturè admodum Abbatis Insula donatus est, atque non modo Farfensis, ac Sublacentis Monasterii regimine, sed Visitatoris etiam munere decoratus; Sed Theologicâ doctrinâ aded excelluit, ut jubente Clemente VIII. primum, deindè Paulo V.

Pont. Max. celeberrimæ Congr. de *Auxiliis Divinæ Gratiæ*, coram iisdem Christi Vicariis sapius habitæ, non solum uti Theologus, & Censor Molinianæ Doctrinæ, sed etiam uti a Secretis secundi Ordinis, semper interfuerit, ab anno videlicet 1602. usque ad finem ejusdem Congregationis; Primi enim Ordinis, ab ejus initio, fuit Gregorius Nunnus Hispanus Ord. S. Augustini. Erat verò Anastasius eodem anno 1602., quo primum in eandem Congr. fuit admittus, Prior Claustralis Monasterii nostri Sancti Pauli de Urbe, creatus postea Abbas S. Mariæ Farfensis, sicut in Actis ejusdem Congregationis appellatur; Qui cum ad illustrandam Divinæ Gratiæ efficaciam tam egregiè insudasset, ad gloriæ coronam percipiendam migravit in Cœlum anno 1610.; ex nostro Regesto, * ubi *Vir summæ eruditionis* appellatur, secundum verò Plac. Pucc. in App. Hist. de Viris Illustribus Abbatia Floren. ann. 1615. * de quo, & munere in Congreg. de Auxiliis ab eo gesto, mentionem faciunt Jo. Mabill. in Musæo Italico, & nostra Regesta Mss. pag. 38., ubi in margine: *Obiit Farfa, Abbas Sublaci, & Visitator: Fuit Secretarius Congregationis de Auxiliis coram Clem. VIII. & Paulo V.; & Jacobus Hyacinthus Serrî in Historia de Auxiliis Divinæ Gratiæ. Item de eo Gregorius Urbanus (de quo parte prima pag. 193.) in Præfatione ad Annales suos Monasterii Farfensis sic habet: „ Alter verò liber Regestum*
magnum inscribitur, seu novum, sub regimine Rm̃i P. D. Anastasii de Carpinedulo, hujus Monasterii olim Abbatis, ac Benefactoris eximii, in quo non parum manu propria ipsemet scribere non erubuit &c. „ & pag. 38. A. 19. Anno 1604. ANASTASIUS A CARPINEDULO ABB. XIX. præfuit usque ad 1607. Sub cujus regimine plura fuerunt acquisita, & facta, idest: Refectorium majus; Crypta Cellæ Vinariæ; Clausuræ pars alia muro circumdata. Ædificium in S. Salvatore inchoatum. Stabula majora pro Nundinis extructa. Ara maxima Ecclesiæ erecta, pretiosisque marmoribus, & solidis quatuor Columnis ex viridi antiquo lapide exornata, sub qua SS. Laurentii

* Sed falsè.
* Et verò.

3, Siri Episcopi Fundatoris, & Thomæ Monachi Casinensis, & Abbatis Re-
 „ stauratoris Corpora inventa, loculisque decentibus reposita. Sacellum Sini
 „ Crucifixi excitatum. Libri aliquot Chorales exarati. Regestum novum Sini
 „ norum omnium hujus Monasterii confectum, in quo ipsemet Anastasius plu-
 „ rimum laboravit. Nonnulla Bonastabilia empta. „ & iterum pag. 39. a tergo.
 „ Anno 1609. ANASTASIUS A CARPINEDULO ABBAS XXI. secunda
 „ vice præfuit usque ad 1614. ad Diatam, sub quo plura fuerunt facta. Sacel-
 „ lum novum Sacr. Reliquiarum, & earum solemnis translatio. Caput argen-
 „ teum, in quo est Caput S. Cornelii Papæ, & Martyris. Lampas argentea,
 „ Pastorale. Candelabra argentea minora. Organum. Viridarium Cedrorum.
 „ Mensæ Refectorii, Cameræ Abbatis cum Dormitorio annexo. Refectorium
 „ parvum. Coquina; & Notæ authenticae omnium nostrorum Bonorum, in
 „ quibus, & aliis ipse multum laboravit, ut videri potest ex ejus Manuscriptis in
 „ Regesto, & alibi; & plura alia Bona stabilia empta. „

ANASTASIUS GALDIOLUS Patria Vicentinus, qui apud Monasteriū SS. Fe-
 licis, & Fortunati in Suburbis Vicentiæ sito, Sæculo nunciū remisit anno 1619
 die 14. Julii, atque præstans ingenium, quo a natura donatus fuerat, optimis
 disciplinis, præsertim Philosophicis, assiduè excoluit, quarum egregiam peri-
 tiam cum sibi comparasset, a Veneto Senatu, qui de ejus doctrina famam ac-
 ceperat, secundi ordinis, mox primarius Philosophiæ Professor in Patavino Athenæo
 renunciatus, præconceptam de se opinionem minimè fefellit. Magnam etiam a Su-
 premis nostri Regiminis Patribus existimationem sortitus, Abbatis primum, ac
 deinde totius Congr. Præsidis dignitate honestatus fuit ann. 1663. Obiitque
 Vicentiæ circa ann. 1680., quem recenset inter Professores Philosophiæ extraor-
 dinarios Jacobus Philippus Thomasinus in Gymnasio Patavino bis, nempe lib.
 3. pag. 21. „ 1648. 6. Septembris D. Anastasius Galdiolus Vicentinus Monachus
 „ Casinensis suffectus (Andræ Corradino) qui electus 1650. ad primum locum
 „ successorem habuit &c. „ & pag. 19. ejusdem libri: „ 1650. 7. Martii D. Ana-
 „ stasius Galdiolus Vicentinus Abbas Casinensis ex secundo loco in hunc primum
 „ euectus Flor. 150. stipendio. „ In Reg. Mss. pag. 179. a tergo in marg. *Abbas*
S. T. D. Præs. & Lector Primarius Philosophiæ in Universitate Patavina. Et
 Nicolaus Comnenus Papadopoli in Historia Gymnasii Patavini tom. 1. l. 2. sect. 2.
 pag. 172. cap. 30. n. 3. 1667. 4. Febr. „ E secunda hujus Classis [Philosophiæ Or-
 „ dinariæ] ad primam, stipendium quadrigentorum detulit D. Anastasius Gal-
 „ diolus Vicentinus, Abbas Casinensis, nec triennio supervixit; „ & pag. 173
 „ cap. 31. n. 2. 1661. 29. Aprilis. „ Suffectus Berigardo D. Anastasius Galdiolus
 „ Vicentinus Abbas Casinensis 400. Flor. honorarium detulit ad Sedem primam
 „ Berigardo Successor: „ & pag. 180. c. 40. n. 1. 1656. 6. Decemb. „ D. Ana-
 „ stasius Galdiolus Abbas Casinensis, qui ab anno 1651. floren. 100., & 50. in
 „ hac exedra extra ordinem Aristotilem explanabat, confirmatus flor. 200., &
 „ 20., eandem explanationem profectus est per sexennium, mox ad primam
 „ Ordinariæ Philosophiæ traductus, ut diximus.

Thomasinus,
 & Comnenus
 valde inter se
 discrepant in
 ænor. serie.

ANSELMUS nobili Familia CENTURIONI Genuæ ortus, ibidem in Cæno-
 bio S. Catharinæ nostris adscriptus anno 1663. die 26. Junii, Mathesis Professor
 celebris, quam in Gymnasio Senensi annis septem publicè docuit, ab anno scilicet
 1677. usque ad annum 1684; quo eodem anno Genuam reversus, Parisios
 profectus est una cum Du ce Republicæ Genuensis Imperiali Lercaro, titulo, ac
 officio Theologi, ibique mortuus, honorifica pompa tumulatus fuit. Stipen-
 dium autem, quod ei in laudato Senensi Athenæo annuatim persolvebatur, erat
 scutorum moneta Florentinæ septuaginta duorum, & * librarum quatuor, ut
 patet

patet ex libro secundo * *Elenchi Doctorum Universitatis Senensis*, qui Ms. Ruolo
 asservatur apud *Bidellum* pro tempore ejusdem Lycej, ubi sic habetur. „ 1677.
 P. D. Anselmo Centurioni Casinense prima Terziaria sc. 27. lir. 3. 13. 4. Ulti-
 ma Terziaria 1684. sc. 27. lir. 3. 13. 4.

BENEDICTUS ARRIGONI Ravennas, ex nobili Familia Arrigonia Me-
 diolanensi Marchionatus titulo insigni, oriundus. Professus Monasticum In-
 stitutum in Cœnobio S. Vitalis ann. die..... qui a Thoma
 Thomai in *Hist. Ravenna*, parte 4. cap. 4. pag. editionis 2., ubi loquitur
 de Historicis Ravennatibus, vocatur *Eloquentissimus*.

BENEDICTUS TREZZI Parmensis in Cœnobio S. Joannis Evangelistæ D.
 Benedicti a secula 1622. die 10. Aprilis, in Regesto ms. pag. 197. a tergo in mar-
 gine nuncupatus *Abbas Titularis ex Decano. Vir doctissimus*.

BESSARION a Catalaunia Hispanus, Bononiæ in S. Proculo Monachus ann.
 1453. die 29. Septembris, qui ibidem pag. 109. in margine *Vir eruditissimus*,
Abbas. & quinquies Præsidentis appellatur. Cujus etiam meminit Arnoldus Wion
 Lign. Vit. parte 2. lib. 5. pag. 588., & seq; sed quater dumtaxat Præsidentem
 eum fuisse refert, anno scilicet 1461., quo Abbas erat S. Benedicti de Mantua;
 anno 1464., quo ejusdem Monasterii regimen adhuc habebat; ann. 1472., quo
 S. Severini Neapolis Cœnobium moderabatur; demumque anno 1475., quo
 Abbas erat S. Pauli de Urbe, ubi etiam obiit: vocatque eum Bessarionem de
 Aragonia, Catalanum &c. quia nimirum Catalaunia Provincia olim erat Ro-
 gno Aragoniæ subiecta.

CÆSARIUS DE LAUDE A GRASSA in Gallia Narbonensi, * nunc * Provençæ:
 Provincia, Monasterii Lirinensis Asceta anno 1526. die prima Novemb.,
 de quo idem Regestum pag. 286. in margine: *Obiit Abbas Parma, fuit*
*Præses, * Vir doctus*. Quem Arnoldus Wion Lign. Vit. p. 2. lib. 5. cap. 8. pag. * ann. 1574.
 595., & seq; vocat *D. Cæsarem de Lodi Gratianopolitanum, Gallum, * Pro-*
vincialem Monachum S. Honorati de Lirino. & Abbatem SS. Faustini, & Jo-
hanna Brivia. Sed * Gratianopolis non est in Provincia, sed in alia parte anti- * Provençal.
 quæ Galliæ Narbonensis, ad Isaram Fluvium apud Allobroges, quæ hodie *Del-*
phinatus dicitur, quamobrem pro Gratianopolitano, Grassensem, seu Grassa-
 tensem scribere debuit. * Grenoble.

COLUMBANUS A COMO S. Salvatoris Papæ Alumnus ann. 1519., qui
 in Regesto ms. pag. 172. dicitur *bis Præsidentis, & fuisse in Concilio Tridentino*.
 Sed cum in tota serie Præsidentum nostræ Congregationis ab Arnaldo Wione com-
 posita usque ad annum 1594. nullibi Columbanus reperiatur, neque de ejus in
 Concilio Tridentino præsentia uspiam hætenus aliquid legerim, mendum suspi-
 cor in eo Regesto, & pro Columbano a Como, *Simplicianam a Sondrio*, de quo
 infra Lit. S. legendum existimo.

CYRILLUS A MONTEFALCO, in Umbria, D. Benedicti Regulam Pro-
 fessus Perusiæ in S. Petri Cœnobio anno 1549. die 15. Augusti, qui in Reg. pag.
 88. a tergo in margine dicitur *Abbas Farfa, [ubi & obiit] Visitator, Poeta*
singularis, optimus Theologus, & Philosophus, atque peritissimus in Lingua Græ-
cæ; & a Petr. Ricord. Hist. Monast. Dial. 4. pag. 466. (ubi tamen ejus Patriam
fuisse autumat Montem Flaconum, olim Montem Faliscum in Hetruria)
Gran Greco, Teologo, e Filosofo, e di ottimi costumi ornato, e Poeta
Latino singolare. „ Et in alio Regesto ms. pag: 84. a tergo in margine:
Poeta enim Averse Abbas.

DESIDERIUS A REGALI in Sacro Casinensi Cœnobio Regulam D. Benedicti Professus anno 1566. die 30. Novembris, qui in Regesto pag. 198. a tergo dicitur in margine: *Abbas Littoris anno 1605., piura scripsit, sed que non indicantur.*

EUSEBIUS A PARMA Sac. Monasterii Casinensis Sodalis anno 1572. die 4. Junii, qui in Regest. pag. 233. a tergo in margine dicitur: *Obiisse Romæ, & fuisse ad Concilium Tridentinum.* Quod etiam constat tum ex aliis nostris Regestis, tum ex Philippi Labbei Concilior. tom. 14. col. 815., ubi narrat; Eusebium a Parma Aobatem per id temporis S. Mariæ Gratiarum interfuisse Sessioni 13. Concilii Tridentini anno 1551., una cum Marco a Brixia Abbate S. Vitalis Ravennæ.

Cant in
Flandria.

FLORIBERTUS A * GANDAVO, Monachus primum in eadem sua Patria, postea nostram Congregationem ingressus, in Cœnobio SS. Faustini, & Jovitæ Brixie anno 1595. die 27. Aprilis, qui pag. 220. Regesti a tergo in margine dicitur *Vir doctus, & pius, Abbas SS. Petri, & Pauli in Glassate Mediolani, ubi, & obiit.*

GABRIEL A BRIXIA in Cœnobio D. Euphemie ejusdem Urbis Monasterii cum Institutum amplexus anno 1439. die 15. Decembris, de quo in Regesto ms. pag. 139. sic habetur: *Abbas Commendatarius, Vir doctissimus, tradidit se, & sua Congregationi.*

HIERONYMUS DE JUDICE AB AMALPHI in S. Severino Neapolis Monachus factus anno 1551. die 26. Aprilis, qui in Reg. pag. 71. a tergo dicitur in margine *Abbas Castroviillarum, Vir doctissimus.*

Antibo.

HILARIUS AB * ANTIPOLI Professus nostram Regulam in Lirinensi Monasterio anno 1561. die 6. Novembr. qui in Reg. pag. 286. in margine vocatur *Abbas Panormi, ac Visitator, Vir prudens, & doctus.*

* De quo in
nostra Biblio-
theca L. N.

Antipol n. 2.

HILARIUS APULCINO S. Proculi Bononiæ alumnus an. 1457. die 11. April. qui in Reg. pag. 103. in margine dicitur: *Filius Comitis de Pulcino literis insignis.* Et in alio Regesto pag. 124. *Fuit Vir insignis tam in literis, quam in Stemmate.* De quo Bononiæ, dum Mantuam Senis ad Comitiam Generalia pergere, anno 1726. die 4. Maii, hæc in Chronologia Ms. S. Proculi, a D. Nicolao * a Bononia composita, tom. 1. pag. 220. a tergo legi: „ L'anno 1457. D. Ilario da Polcino Monaco Professo di S. Procolo, s' infermò in S. Giustina di Padova „ & adi 15. Maggio 1458. fu ordinato dalli Rmi Auditori delle Cause nel Capitolo Generale di Fiorenza, che il Monastero di S. Procolo dovesse pagare per le spese a quello di S. Giustina lir. 53. 4. valuta di denari 19., come fece „ Lib. d. Cred. c. 143. „ & in fine ejusdem pag. a tergo, & pagina sequenti „ Adi 11. Aprile 1457. fece professione a nome di S. Procolo D. Ilario da Polcino, Figlio del Conte di Polcino, e Giovine delicatissimo, quale fu poi „ Maestro in Teologia, come alla Matricola Vecchia appare, lib. de Cred. c. 162. Si stima esser quello, che detto s' infermò in S. Giustina, come per conto „ tro, e dovette fare il suo Noviziato in detto Monastero. „ Iterumque pag. 228. a tergo. „ L'anno 1460. era Decano, e Maestro de' Novizj di S. Procolo „ il P. D. Ilario Pollicini. Libr. d'entrata, e spesa in sol. al Mese di Luglio.

HONORATUS ARCELLI Nobilis Placentinus in D. Sixti Cœnobio Placentiæ sito Monachis nostris adscriptus anno 1599. die 17. Maii, qui floruit in Hu-

manioribus Literis circa medium Sæculi præcedentis XVII., præcipue verò in Epistolis conscribendis, & verborum officiis cum Principibus Viris scite, & prudenter adimplendis enituit, quare socius datus est Pio Mutio (de quo in Biblioth. L. P.) in Legatione Gallica ad Ludov. XIII. pro causa Abbatiz Lirinensis. Creatus fuit deinde Abbas Mutinæ, Placentiæ, Farfæ ab anno 1649. usque ad 1652. aliorumque Monasteriorum, obiit nonagenarius. Erat autem Honoratus Arcellus Abbas Placentiæ anno 1636., quo eodem anno Lazarus Chinellus Nobilis Placentinus, & Cathedralis Ecclesiæ Canonicus eidem Arcello nuncupavit Elogia in 50. Heroas ex D. Benedicti ordine a Marco Antonio Scipione conscripta, quæ Chinellus prædicto anno imprimenda curavit Placentiæ apud Ardizzonum: In Epistola autem nuncupatoria, hæc inter cætera notatu digna, Chinellus, eundem Honoratum alloquens, dicit: „ Jam verò expedita impressionis deliberatione, dubium mihi non fuit, quin Tibi præcæteris, Rmæ Præsul, hoc Opusculum deberetur, cui Scipio ipse multis obstrictus nominibus, tum aliæ omnia se debere, tum has in primis lucubrations, quibus conficiendis tuo invitatu, & adhortatione, accuratiorem operam impendit, passim, & summa ingenuitate profiteatur. „ Et post pauca: „ Nec minus promptè cæteras animi dotes, quibus beneficentiam exornas, in medium afferrem; nisi tam diù extulissent sese, tum Parisiis, ac Taurini, quibus in locis ad Galliæ Regem, & Allobrogum Ducem, honestissimas tuæ Congregationis Legationes magna cum prudentiæ laude obiisti; Placentiæ quidem certè Monasterium S. Sixti ea Sapientia, quintum jam annum administras, ut in hac temporum, & morum deformitate, prisce disciplinæ, ac Religionis speciem retineat; nec minus adeuntium animos piis, ac literariis exercitationibus, quàm oculos insigni ædificiorum cultu, ac magnificentia oblectet &c. „ Olim quidem acceperam Honoratum scripsisse varias Orationes, & Carmina, aliaque id genus, sed cum ea impressa ne aliquando fuerint, aut Mss. alicubi reperiantur, scire minimè potuerim, quamvis ut scirem conatus omnes impenderim, idcirco inter Scriptores eum collocandum haud quaquam duxi, sed hoc tantum loco dignum interim judicavi.

HONORIUS A PANORMO D. Martini de Scalis alumnus factus anno 1532. die 8. Decembris, qui in Reg. pag. 218. in marg. dicitur *Prior doctus in Lingua Græca.*

JACOBUS A MANTUA Brixie in Cœnobio SS. Faustini, & Jovite nostræ Regulæ Institutum amplexus anno 1512. in Regesto pag. 220. in margine dictus, *Vir magnæ Literaturæ.*

JACOBUS A MEDIOLANO ibidem apud S. Petrum in Glassiate Regularem vitam professus anno 1445. die 4. Aprilis, in eodem Regesto pag. 96. in marg. vocatus *Vir doctissimus, Abbas.*

INNOCENTIUS NOVARIENSIS, qui Florentiæ in Cœnobio Sanctæ Mariæ Sæculo nuncium remisit, Deo sub D. Benedicti Regula militaturus anno 1506. die 7. Junii, Vir vitæ sanctimoniæ æquè, ac doctrinæ fama percelebris, quippe qui literis tum Latinis, Græcisque, tum etiam Hebraicis, & Caldaicis apprimè instructus, Philosophiam, Astronomiam, Theologiam, & Jus Canonicum perfectissimè calluit. Summa enim memoriæ tenacitate a natura præditus, quidquid umquam legeret, aut audiret indelebili firmitate retinebat; De quo illud insigne posteris proditum est, quod adhuc Juvenis, nec dum trigessimæ ætatis annum attingens, missus ex insperato ad Provinciale Concilium Florentinum, & si imparatus esset, & impremeditatus, nihilominus adeo sapienter, ac

eruditè dubia quædam difficillima discussit, enodavit, ac diluit, ut Patres omnes Conciliares in suam sententiam, magnamque admirationem adduxerit, ut habetur in Necrologio Monachorum Abbatia Florentina pag. 26., & seq; ex quo idem hausit Plac. Pucc. in Chron. Abbatia Floren. pag. 84., & seq; iterumque in Appar. Histor. de Viris Illustribus ejusdem Florent. Abbatia pag. 26. & nos etiam iterum in Catalogo Viror. Sanctitat. Illustrium.

INNOCENTIUS A VENETIIS S. Justinæ Patavinæ alumnus anno 1558. die 4. Octobris, in Regeſto pag. 12. in margine dicitur: *Prior, Orator eximius.*

JOANNES BAPTISTA A PLACENTIA, ibidem S. Sixti Monachus anno 1542. die 23. Aprilis, in Regeſto pag. 54. in margine a tergo, appellatus, *Abbas, J. V. peritissimus.*

JOANNES BAPTISTA A VERONA S. Justinæ Patavinæ alumnus ann. 1566 die 29. Martii, in eodem Regeſto pag. 12. a tergo in margine vocatus, *Vir doctissimus.*

ISIDORUS A PANORMO in Sicilia, quem Petrus Ricord. Histor. Monast. Dial. 4. pag. 466. more quorundam Etruscorum Disidorum vocat, dicitque eum fuisse Liberalibus Artibus valde doctum; in Cœnobio S. Benedicti Agri Mantuani Scientias publicè tradidisse, laudatque ejus, adhuc viventis anno 1575., in rebus agendis prudentiam, ergaque omnes charitatem, dulcedinem, atque affabilitatem.

ISIDORUS alter item a PANORMO, S. Martini alumnus anno 1595. die 1. Novembris, in Regeſto pag. 251. in margine vocatus, *Vir doctus in omnibus Artibus Liberalibus.*

LAURENTIUS GAZIUS prænobili familia Cremonæ ortus, & Patavii in Cœnobio S. Justinæ Monasticis votis Deo mancipatus anno 1510. die 28. Martii. Qui tum Philosophicâ Scientiâ, tum Mathematicis disciplinis plurimum floruit, quas, ut antiqua ejusdem Patavini Cœnobii monumenta testantur, *Divino potius afflatu, quàm humano studio acquisivisse videbatur;* Musicâ verò arte adeò excelluit, ut præstantissimi quique ejus facultatis Professores, *veluti Oraculum illum consulere, nec eo improbante quidquam in publicam lucem auderent emittere.* At in exarandis Choralibus Codicibus nitidissimo caractere, efformandisque ibi pulcherrimis Sanctorum imaginibus, aliarumque rerum figuris minio, auroque identidem distinctis, mirabilis prorsus fuit. Extant quidem illi, ac visuntur Patavii non sine stupore intuentium; suntque Libri Missarum, Hebdomadæ Sanctæ, Evangeliorum, Epistolarum, Gradualium, & alia id genus, quæ veluti pretiosissimæ gemmæ in Sacratio jure, & merito nunc asservantur. Nec minorem pietatis, ac sanctimonie adipiscendæ, quàm literarum curam adhibuit; nam promissam Monasticæ Regulæ observantiam diligentissimè reddidit, & honorum operum exercitationi ad obitum usque strenuè admodum vacavit, qui tandem feliciter illi contigit anno 1552. a Joanne Baptista Rota Patavino ejus amicissimo, ejusque virtutum æquo admiratore hujuscemodi Sepulchrali Elogio honestatus.

S. D. C.

» **L** Laurentio Gazio Cremonensi Monacho Casinensi, Viro summa Religione
 » conspicuo, ac in Musicâ, & Arithmeticâ studiis, Theoricæque Scientiæ
 » peritissimo, & cunctorum eruditorum hujus tempeſtatis judicio excellentissi-
 » mo, & scribendæ artè tam præclaro, ut parem fortassis aliquem, superiorem
 ha-

habuerit neminem, qui senio tandem confectus Patavii nonagenarius obiit non sine amicorum merore anno Dni MDLII. Kalendarum Septembris XIII. Quod Epitaphium, teste Francisco Arisio Cremon. Litt. tom. 2. pag. 228. ad annum 1552., ubi de eo honorificè agit, extabat olim in veteri Templo S. Justinæ; Modò legitur apud varios Authores, nempe apud Valerianum * Castilioneum in Annalibus Benedictinis Mss. Mediolani in S. Simpliciani Biblioth. existentibus; Jacobum Philipp. Thomasin. in Monumentis Patavinis; Bernard. Scard. in Historia Patavina, seu de Antiquitatibus Patavinis, in Appendice 3. pag. 388. ubi „ floruerunt, [inquit] ex hac nobilissima Gaziorum Familia omni ævo multi illustres, & celeberrimi Viri tum armis, tum literis clari, & præcipue nostris temporibus Laurentius Gazius Monachus S. Justinæ, in cujus memoriam Joannes Baptista Rota Patavinus hujus clarissimi, sibi que amicissimi Viri virtutum maximus admirator hoc elogium P. C. &c. „ De quo item agit Jac. Cavacc. Hist. S. Just. lib. 6. ad annum 1540. „ D. Laurentius Gazius floruit insignis Philosophus, Mathematicus, Musicus, & Scriptor Librarius, cujus Epitaphium extat apud Scardeonium, asservamus laborum suorum pignus ingentes Codices, quibus ad nocturnam, & diurnam Sinaxim utimur, & minores aliquot, quorum in solemnè Sacrificio usus est, omnes maxima diligentia, & characteris nitore conscriptos. „ In Regest. pag. 10. a tergo in margine *Philosophie Doctor, Mathematicus, & Musicus excellentissimus.*

* De quo 2.
parte L. V.

LAURENTIUS MARINUS a Grassa in Provincia * Congr. nostram ingressus in Monasterio Lirin. anno 1630. die 13. Decembris, quem nostra Regesta pag. 286. in margine asserunt fuisse *Doctorem Sorbonæ.*

* Provença.
ut superius.

LUCIANUS MASI a Florentia, inde in Cœnobio S. Mariæ Monachus anno 1552. die 29. Junii, qui a Plac. Puccin. in Caron. Abbatia Florent. pag. 138. vocatur *J. V. Doctor celebris, in literis Hebraicis, Græcisque insignis, qui Præsulatu abdicato, obiit Titularis Placentiæ in S. Sixto anno 1572., dum gra vibus negotiis pro Serenissima Domo Farnesæ occuparetur.* De quo Petr. Ricord. Hist. Monast. Dial. 4. pag. 369. „ Il Ven. Padre D. Luciano Fiorentino, il quale „ fu Maestro di tutti noi quattro, quando eravamo Novizj nella Badia di Firenze, e meritamente, perche è non solo persona molto allegra, graziosa, e di „ dolcissima conversazione, ma dottissimo nella Latina, Greca, & Hebraica „ lingua: e quello, che è più, nelle sacre, e nell' altre scienze molto esercitato: „ Quem ipsum idem Ricord. primum Interlocutorem constituit quintæ partis, seu quinti Dialogi ejusdem Historiæ Monasticæ.

MARCUS ANTONIUS VESPIGNANUS ab Urbe Roma, Cœnobii Sancti Petri Perusina Asceta anno 1611. die 26. Aprilis, dictus in Regestis pag. 89. a tergo in margine *Canonum Doctor, Abbas.*

MAXIMUS a COLLE-MARTIO in * Provincia, Monasterii Lirin. alumnus anno 1537. die 8. Aprilis, Abbas S. Benedicti Ferrariæ, & S. Nicolai de Buschetto Genuæ, in Regest. pag. 186. appellatus *Vir doctissimus. & Lector Linguae Græcæ;* & a Petr. Ricord. Hist. Monast. Dial. 4. pag. 465. a tergo, „ Molto consumato nella Lingua Greca, nella quale per molti, e molti anni ha in varj Monasterj letto. „

* Provença

MODESTUS de BECANIS a Pisis professus nostram Regulam in laudato S. Petri Perusini Cœnobio anno 1585. die 11. Novembris, in eodem Regest. pag. 89. a tergo in margine appellatus, *Vir doctus, Abbas titularis et Priore Regimini.* In alio vero Regesto dicitur Modestus de Brunis.

PAULUS a MEDIOLANO Sancti Columbani de Bobio in Alpibus Cotinis Monachus anno 1545., de quo in Regeft. ms. pag. 167. scribitur: *Hic est Brandinus.*

PETRUS PAULUS CANUSIUS a Senifio in Lucania, nunc Basilicata, S. Severini de Neapoli alumnus anno 1545. die 29. Junii, Abbas S. Mariae de Florentia, S. Severini Neapolis, SS. Trinitatis Cavæ, & S. Nazarii Veronæ, ubi etiam obiit anno 1586. non sine sanctitatis opinione; ab Annibale *Neapolitano*, Cive Capuano, & Archiepiscopo Neapolis, Vicarius Generalis omnium Monachialium Ordinis D. P. Benedicti totius suæ Diæcesis constitutus, a Fabritio Carafa Andriæ Duce, ejus virtutum fama permoto, dignus habitus, qui Monasterium S. Mariae Miraculorum, nostræ Congregationi uniendum, acciperet; In Regeft. pag. 100. in margine dicitur: *J. V. D. Vicarius Generalis Monachialium Neapolis,* & a Petro Ricord. Hist. Monast. Dial. 4. pag. 465. a tergo, sic celebratus „ Perfo- „ na molto esercitata, e dotta ne' Sacri Canonî, e nella Divina Scrittura, „ non manco osservatore dell' osservanza, e Disciplina Monastica. „

PETRUS VADINUS a Venetiis, verius ab Opitergio, vulgò Oderzo, S. Georgii M. Sodalis anno 1615. die 24. Junii; in Regeftis pag. 65. in margine vocatus: *Musicus, & Poeta.*

PLACIDUS ab Urbe, Monasterii Sublacensis Asceta ann. 1559. die 4. Aprilis, & postea Æconomus, seu ut dicimus Cellerarius, in Regeft. pag. 282. in margine appellatus, *Insignis Musicus, & omnibus scientiis ornatissimus;* & a Petro Ricord. Hist. Monast. Dial. 4. pag. 467. „ Gran Cantore, e buon Compositore „ di Musica, & ornato anco di lettere sacre, & umane, come di Filosofia, Lo- „ gica, Teologia, e Sacri Canonî, & è poi tanto affabile, dolce, & amore- „ vole, che più non vi potria dire. „

PROTASIUS BOLZANUS a Bononia, ibidem D. Proculi alumnus adscriptus ann. 1612. die 13. Octobris, qui in Regefto ms. pag. 69. a tergo dicitur, *Abbas Bononiæ, Theologus eximius, Collegiatus, & publicus Lector Sac. Theologiae in Gymnasio Bononiensi anno 1629., obiit 1656.*

SEBASTIANUS LANCETTI a Casena, ibidemque Monachus, & Decanus Cœnobii S. Mariae de Monte, qui celebratur a Bernardino Manzone Min. Conv. in Chronol. Casenæ impressa Pisis ann. 1643. pag. 112. *Veluti Liberis, & moribus ornatissimus;* & etiam laudatur in Melpomene Ambronii editâ Casenæ apud Nerium tit. 4. *de Scriptoribus, aliisque, doctrinis, & virtutibus præstantibus Casenatibus,* & pag. 156. de eo iterum sic: „ Sebastianus Lancettus

* Stephani, „ hac notâ commendatur in Collectaneis: * Li Lancetti vennero a Casena l'an-
Parthi pag. 6. „ no 1434. Di questa Casa &c. vive oggi Sebastiano Dottore sapientissimo, & in-
„ tegrissimo. „

SERAPHINUS BASELLUS a Quintiano Congregationem nostram ingressus ann. 1592. die 29. Martii in Cœnobio SS. Faustini, & Jovitæ Brixie, in Regeft. pag. 220. a tergo in margine dicitur, *Mathematicus insignis, & Musicus.*

SERAPHINUS FONTANA nobili genere Mediolani natus, ibidem in S. Simpliciano Monachus factus ann. 1548. die 17. Junii, Generalis Procurator nostræ Congregationis in Romana Curia anno 1574., & anno sequenti 1575. creatus Farsensis Cœnobii Abbas; a Petr. Ricord. Hist. Monast. Dial. 4. pag. 466. ita laudatus: „ Per le sue rare virtù, e maniere di costumi, molto miglior lingua „ meritarebbe della mia, perciocchè è molto eccellente Musico: Nell' Istorie „ ancora non è inferiore a veruno, e nelle sacre lettere, & umane molto bene „ esercitato: nel negoziare molto destro, avveduto, & accorto; & oltre a
que-

queste sue singolari virtù, è di maniera amoroso de' virtuosi, che si può chiamare un altro loro Mecenate, e nel conversare suo ha accompagnato con la gravità, una piacevole affabilità, e modestia. „ In Regest. pag. 243. a tergo: *Procurator Generalis, Abbas S. Simpliciani, bis Præses, Vir doctissimus.*

SIMPLICIANUS de **QUADRIS** a Sondrio in Valle Tellina, Papiæ in S. Salvatoris Cœnobio nostris adscriptus ann. 1518. die 6. Martii. In Regest. pag. 143. a tergo in margine dictus, *Abbas S. Salvatoris, ubi obiit anno 1575., bis Præses, interfuit Concilio Tridentino summa cum laude, Canonum Doctor excellentissimus.* Ab Arnolfo Wione Lign. Vit. p. 2. lib. 5. pag. 596. *Præses anno 1569., & Abbas S. Georgii Majoris Venetiarum.* A Petro Ricord. Hist. Monast. Dial. 4. pag. 461. *Persona molto esercitata nelle Divine Scritture, e gran Canonista.* A Plac. Pucc. in Chron. Abb. Florent. pag. 86. „ Fu Abbate d'Arezzo l'anno 1558., e l'anno 1559. fu spedito al governo dell'Abbadia di Firenze. Fu Abbate del suo Monastero di Pavia, & intervenne al Concilio di Trento, e fu versatissimo ne' Sagri Canoni, e nella Sagra Scrittura. Morì nel Monastero di sua professione l'anno 1575. „ Iterumque in Nomencl. Abbatum impress. Mediolani 1647. Ad calcem etiam Concilii Tridentini inter Theologos recensetur.

SYLVIUS PARISIUS ab Urbe in Monasterio Sublacensi regularem vitam professus anno 1615. die 10. Maii, in Regest. pag. 282. in margine, dictus, *Abbas Titularis ex Regimine, optimus Concionator.*

THEOPHILUS de **PERSONELLIS**, seu (ut placet Francisco * Arisio de Persichellis) Patria Cremonensis, qui nostræ Regulæ nomen dedit in laudato D. Benedicti Mantuano Cœnobio ann. die in signi (teste eodem Arisio) Humani, Divinique Juris scientiâ ornatus; Abbas S. Justinae Patavinæ, nostræque Congregat. bis Præses, anno scilicet 1490., & 1493. De quo præter Arisium agunt etiam Plac. Puccinel. ab eo citatus in Chronol. Præsidium, & in Epitom. Prælatorum &c. Arnold. Wion. Lign. Vit. p. 2. lib. 5. cap. 7. pag. 590., & Jacob. Cayacc. Hist. S. Justin. lib. v. pag. 251. secundæ edit. Patavinæ anni 1696.

* Crem. Liter. pag. 353. ad ann. 1490.

THEOPHILUS a * **POTENTIA** in S. Severino Urbis Neapolis Monachus anno 1570. die 21. Martii. In Regestis pag. 111., 139., & 72. in margine, vocatus, *Insignis Philosophus, & Theologus.*

* Potenza in Lucania, nunc Basilicata.

THEOPHILUS a **REDONDESCO** professus nostram Regulam in Cœnobio S. Benedicti Agri Mantuani anno 1546. die 28. Martii, in regest. pag. 57. in margine, appellatus *Lingua Hebraica peritissimus*; & a Petro Ricord. Hist. Monast. Dial. 4. pag. 466. „ Teofilo da Redoldesco Castello del Mantovano, Priore „ oggidì di S. Benedetto fuori di Mantova, è raro nella lingua Hebraea.

THEOPHILUS STANGA a Cremona in sæculo dictus *Petrus Martyr Stanga*, Legum Doctor in Patria Collegiatus, Romæ negotia Cardinalis Afcanii Maria Sfortiæ procuravit; deinde a Sixto IV. Pontifice Maximo, Referendarius Apostolicus declaratus, aliisque Ecclesiasticis muneribus insignitus, cum Vir esset modestus, piisque moribus ornatus, aulæ, mundique pertesus, scientiam Sanctorum sub Divi Benedicti disciplina in Cœnobio Padolyronensi Agri Mantuani sibi addiscendam constituit anno 1480., ubi sicuti religiosissimè vixit, ita & piissimè obiit, teste Francisco Arisio Cremon. Liter. tom. 1. pag. 331. ad ann. 1480., qui Bressianum citat de eo agentem in Coll.

TIMOTHEUS GARGANO a Neapoli, ibidem in Cœnobio S. Severini Monachum professus anno 1605., *incomparabilis doctrinæ, & probitatis Vir* dicitur a Be-

a **Benedicto Laudati** in *Brevi Chronico S. Severini* p. 2. pag. 333., qui postquam Decanatus munere honestatus fuisset, plures annos Tyronum magisterium, Neapoli, Cavæ, Averfæ, ac Venetiis ingenti animarum lucro exercuit. Haud parvo tempore Sacræ Theologiæ docendę operam dedit, Morali verò ita præstitit, ut ejus sententia ad implicatissimas difficultates enodandas avidè ab omnibus exquireretur. Vergente in senium ætate scholasticis studiis nuncium remisit, ut Divinæ Scripturæ (quam etiam aliis explicavit) & SS. PP. Lectioni unicè vacaret, illud frequenter dicitans: Monachi nomine indignum esse, qui quotidie ex SS. PP. ad vitam rectè instituendam aliquid non hauriret. Qua die corporis sarcinam exuit, nona scilicet Novemb. anni 1643., quidam Dei servus ex Ordine Prædicatorum in Conventu reformato S. Mariæ Sanitatis degens, cum Timotheum antea penitus ignoraret, in hæc repente verba prorupit: *Hodie in Cælum evolavit P. D. Timotheus in Monasterio S. Severini defunctus*; quod quidem satis credibile reddunt, & hujus testis sanctitas, & Timothei, quoad vixit, semper exhibita virtutum omnium specimina.

TIBERTUS de **TIBERTIS** Cæsenas Monachus, & Abbas Conobii S. Mariæ tamquam doctissimus Mathematicus laudatur a Bernardino Manzoneo Min. Conv. in *Chronologia Cæsena* edita Pisis anno 1643. pag. 112., & pag. 158. titulo 4. de *Script. aliisque doctrina, & virtutibus præstantibus Cæsena* his verbis; „ Tibertus de Cæsena Monachus, doctissimus Mathematicus, „ Celebratur a Partho * hac notâ „ Tiberto Tiberti Abbate della gloriosa Madonna del Mon- „ te di Cæsena, famoso Matematico.

THOMAS CRISPUS Neapolitanus Patriâ, in qua apud S. Severinum Monachi vitam vovit anno 1581.; Vir non minus regularium virtutum fama clarus, quàm omnigenæ eruditionis sacræ, profanæque, Historiarum præsertim, ac omnis ætatis Inscriptionum intelligentia percelebris, *Oraculum propterea Neapolitanum* passim ab illius temporis Peritis vocatus, qui ipsum in dubiis difficilioribus, utpotè, de quacumque re sapientissimè judicium proferre solitum, jugiter consulebant. E vivis excessit communibus omnium lacrymis Neapoli circa annum Dom. 1625.; de quo extat insignis memoria in Ecclesia S. Spiritus Majoris ejusdem Urbis Neapolis, in qua legitur, eum, dum adhuc in sæculo degeret, & Jurisconsulti officio fungeretur, Suggestum illius Ecclesiæ construxisse, sub eoque Bmæ Virginis, *Gratiarum* nuncupatæ, Sacellum excitasse. De eo Benedictus Laudati in *Brevi Chronico S. Severini* ms. p. 2. pag. 309. De eius verò doctrinâ mentionem facit Cæsar Encennius Carracciolus in *Neapoli Sacra*, pag. 318., ubi de Templo ejusdem S. Severini loquitur.

VICTORINUS a **NEAPOLI**, ibidem in S. Severini Conobio Institutum nostrum professus anno 1594. die 22. Augusti, in Regest. pag. 112., & 72. in marg. dictus, *Prædicator insignis, obiit Abbas, & Visitator ann. 1605.*

VITALIS a **CASTILIONE** * **STIVERORUM** Oppido intra limites Ducatus Mantuani, Abbas S. Petri Mutinensis, de quo tamquam de vivente anno 1575. Petrus Ricord. *Histor. Monast. Dial. 4. pag. 465.* a tergo in margine sic loquitur: „ Vale tanto ne Sacri Canonici, e nelle Sacre Lettere, e nella Lingua Latina, „ talmente che gli antepongono pochi, & oltre a ciò è molto affabile, piacevole „ & umano. „

Sed quia Scriptorum solummodò sudoribus, & atramento hujusce Bibliothecæ fores patent, idcirco in hoc brevi Catalogo, Appendicis loco, recensitos, & Bibliothecæ forulis exclusos, & in Xysto subsistere iustos, hic tantum memorasse sufficiat.

* Stephan. in
Collectan.
pag. 2.

v Castiglion
delle Sriverie.

INDEX

NOMINUM VIRO RUM

DOCTRINA ILLUSTRUM

De quibus non liquet, an aliquid Scriptis
consignaverint.

- | | |
|-------------------------------|------------------------------|
| A Anastasius Cazanicus | Isidorus a Panormo. |
| Anastasius Galdiulus | Isidorus alter. |
| Angelicus Sylva | Laurentius Gazius. |
| Anselmus Centurioni | Laurentius Marinus. |
| Baptista a Mantua | Lucianus Massi. |
| Benedictus Arrigoni | Marcus Antonius Vespignanus. |
| Benedictus Trezzi | Modestus de Becanis. |
| Bessarion a Catalaunia | Maximus a Colle-Martio. |
| Casarius de Laude | Paulus a Mediolano. |
| Columbanus a Como | Petrus Paulus Canusius. |
| Cyrillus a Monte Falco | Petrus Paulus della Gatta. |
| Desiderius a Regali | Petrus Vadinus. |
| Eusebius a Parma | Placidus ab Urbe. |
| Floribertus a Gandavo | Protasius Bolzanus. |
| Gabriel a Brixia | Seraphinus Basellus. |
| Hieronymus de Judice | Seraphinus Fontana. |
| Hilarius ab Antipoli. | Simplicianus de Quadris. |
| Hilarius a Pulcino. | Sylvius Parisius. |
| Honoratus Arcelli. | Theophilus a Potentia. |
| Honorius a Panormo. | Theophilus de Personellis. |
| Jacobus a Mantua. | Theophilus a Redondesco. |
| Jacobus a Mediolano. | Theophilus Stanga. |
| Innocentius de Novaria. | Thimotheus Gargano. |
| Innocentius a Venetiis. | Thomas Crispus. |
| Joannes Baptista a Placentia. | Victorinus a Neapoli. |
| Joannes Baptista a Verona. | Vitalis a Castilione. |

14

INDEX

COGNOMINUM VIRORUM

DOCTRINA ILLUSTRIM,

*De quibus nescitur, an aliquid Scriptis
consignaverint.*

A B Antipoli	Hilarius.	Marinus	Laurentius.
Arcelli	Honoratus.	Masi	Lucianus.
Arrigoni	Benedictus.	A Mediolano	Jacobus.
Bafellus	Seraphinus.	A Mediolano	Paulus.
Bolzanus	Protasius.	A Neapoli	Victorinus.
De Becanis	Modestus.	A Navaria	Innocentius.
A Brixia	Gabriel.	Parisius	Sylvius.
Canusius	Petrus Paulus.	A Parma	Eusebius.
A Castilione	Vitalis.	A Panormo	Honorius.
Cazanicus	Anastasius.	A Panormo	Isidorus.
A Catalaunia	Bessarion.	De Personellis	Theophilus.
Centurioni	Anselmus.	A Placentia	Jo. Baptista.
A Colle Martio	Maximus.	A Potentia	Theophilus.
A Como	Columbanus.	A Pulcino	Hilarius.
Orispus	Thomas.	De Quatris	Simplicianus.
A Monte Falco	Cyrillus.	A Regali	Desiderius.
Fontana	Seraphinus.	A Redondesco	Theophilus.
Galdiolus	Anastasius.	Stanga	Theophilus.
A Gandavo	Floribertus	Sylva	Angelicus.
Della Gatta	Petrus Paulus	Trezzi	Benedictus.
Gargano	Timotheus.	Vadinus	Petrus.
Gazius	Laurentius.	A Venetiis	Innocentius.
De Judice.	Hieronymus.	A Verona	Jo. Baptista.
A Laude	Casarius.	Vespignanus.	M. Antonius.
A Mantua	Baptista.	Ab Urbe	Placidus.
A Mantua	Jacobus.		


15.

INDEX AUTHORUM QUI

DE VIRIS DOCTRINA ILLUSTRIBUS

*De quibus nescitur, an aliquid Scriptis
consignaverint, mentionem faciunt.*

- | | |
|--|---|
| <p>A Mbronius in Melpomene.
Arnoldus Wion in Lign. Vitæ.
Benedictus Laudati in Brevi Chronic.
S. Severini Ms.
Bernardinus Manzonus in Chronolog.
Cæsenæ.
Bernardinus Scardeonius de Antiquit.
Patav.
Bressianus in Collect.
Cæsar Encennius Caracciolus in <i>Nea-
poli Sacra</i>.
Elenchus Doctorum Universitatis Sen-
nensis.
Franciscus Arifius in Cremona Liter.
Gregorius Urbanus in Annalibus, seu
Chron. Farfen. Mss.
Jacobus Cavaccius in Hist. S. Justinæ.
Jacobus Hyacinthus Serrì in Hist. Con-
greg. de Auxiliis Divinæ Gratiæ.</p> | <p>Jacobus Philip. Thomas in Monumen-
tis Patav., & in Gymnasio Patav.
Joann. Mabill. in Itin. Ital.
Nicolaus a Bononia in Chronologia
Monast. S. Proculi Ms.
Nicolaus Comnenus Papadapoli in Hist.
Gymn. Patav.
Necrologium Abbatia Florentinæ.
Petrus Ricord. in Hist. Monast.
Philippus Labbe in Conc. Trid.
Placidus Puccinellus in Chron. Abbat.
Florent., & in App. Hist. de Illu-
stribus ejusdem Abbatia Viris, & in
Nomencl. Abbat.
Regesta nostrorum Monachorum.
Stephanus Parthi in Collectaneis.
Thomas Thomai in Hist. Ravennæ.
Valerianus Castillionius in Annal. Be-
nedictinis Mss.</p> |
|--|---|



INDEX
 A U T H O R U M
 DE VIRIS DOCTRINA ILLUSTRIBUS
 De quibus nescitur, an aliquid scriptis
 consignaverint, mentionem facimus.

- | | |
|--|--|
| <p>Jacobus Philippi Thomae in Monumentis Paris. & in Gymnasio Paris.</p> <p>Joann. Mabillon in Ann. Hist.</p> <p>Nicolas a Hononis in Chronologiae Monast. & Praenotia Ms.</p> <p>Nicolas Comnenus Paphlagonia in Hist. Cypri. Paris.</p> <p>Nicolaus Abbat. Florentinus</p> <p>Petrus Ricardus in Hist. Monast.</p> <p>Philippus Labbe in Conc. Trib.</p> <p>Placidus Facinellus in Chron. Abbat. Florent. de in App. Inst. de lib. libris eisdem Abbat. Paris. & in Monument. Abbat.</p> <p>Reginaldus Rothorn. Monachorum</p> <p>Stephanus Paris in Collegiatis</p> <p>Thomas Tardus in Hist. Ravenn.</p> <p>Valerianus Castillonius in Annal. de- notationis Ms.</p> | <p>A. Mironius in Melponense.</p> <p>A. Araldus Wion in Liga. Vice.</p> <p>Benedictus Rayhan in Brevis Chronica. 2. severini Ms.</p> <p>Benedictus Manzonius in Chronologiae Ms.</p> <p>Benedictus Scardoonus de Antiquis Paris.</p> <p>Benedictus in Colleg.</p> <p>Calixtus Eusebianus Casaccius in West. Ms. Paris.</p> <p>Stenanus Doctorum Universitatis. Se- verini Ms.</p> <p>Stephanus Aridus in Chronologiae Paris.</p> <p>Gregorius Urbanus in Annalibus. Ms. Gross. Felsen. Ms.</p> <p>Jacobus Casaccius in Hist. 2. Justin.</p> <p>Jacobus Hystichus Sert in Hist. Con- greg. de Auxiliis Divinae Gratiae.</p> |
|--|--|

